Regni nrī Ciuitatum adaquamus & pares esse volumus sex Consules perpetuos, totidq; Scabinos huic Oppido cōmunit assignabit, inter neniente tri authoritate Aduocati nrī iam designati & imposte rum designan̄, qui a moderno emisd; Oppidi locatore abjsq; pro tpe exi stentibus Tenutarijs vti brachio nrō Regali confirmabuntur & appro babuntur ex quibus quidem Consulibus qlibet eorum mensem integrū Proconsulatus offio præesse debebit. Vt autem Magratus Oppidi præ fati habeat quo in obsignan̄ lris suis & actionibus quibusnis an then vtatur publicum eius Oppidi perpetuumq; insigne erit Beatæ Virginis Mariæ Saluatorem nrum̄ manu tenen̄ imago adpedes autem eius in sinistra parte Stemma memorati Locatoris vul go Leliwa dictum addi & circum circa titulum (Patrona Op. pidi Nowogrodensis) adscribi volumus. pront id ipsum in margine solers artificis manus depinxit. Iudicimus præte rea & ordinamus huic Oppido nro nouo duo fora septimanalia vnum qualibet Feria sexta alterum qualibet die Dominica celebran̄, Annualia fora seu mundinas quatuor singulis an nis eidem Oppido instituimus & assignamus quarum primas pro die Dominica Indica Quadragesimali duabus vbīt se ptimanis ante solennia Paschatis Festa, secundas qualibet Feria quinta post Festum Sacri Pentecostes proxima, tertias pro Festo Piątniczki pierwsze nuncupato, quartas & vltimas pro Festo Sti Basilij Epi post Festa Natiuitatis Dñi nri, den̄ omnes vbīt secundum vetus Calendarium in Oris Russia lis actenus observari solitum celebrari volumus Ad quas qui dem Nundinas seu fora annalia liberum & licitum esse volu mus omnibus cuiuscunq; nationis qms sexus condons atq; ata tis fuerint hīnibus ire redire res pro rebus merces pro mer cibus cōmutare vendere alienare, contractus quosuis inire aliaq; licita & honesta negotia peragere & exercere quos omnes & singulos tam in eundo quam redeundo in patrocinū & tutelam recipimus eaq; qua libi Salui Conductus nri munit ipsos etiam libertate & immunitate frui ac gaudere volumus dummodo sion fraudem modi quos iura publica & Leges Regni fonere nō permittūt

Regni

& quibus proborum hominum Consortia merito sūt deneganda. Qꝰ
vero adnicolen & inhabitan hoc Oppidum eo facilius tam Incolæ ter
ræ eiusdem quam aliarum terrarum & exterarum nationum
mercatores alliciantur & muniantur omnes illius nicolas uire Ciui
tatis gaudeñ eximimus & liberos facimus temporibus perpetuis a
laboribus & oneribus quibuscuis a dandis equis Podvodarum a
Contributionibus stationum militibus Regni nri faciendis, a solu-
tione vero quorumuis theloneorum Pontahium aggerahium vul
gò nominatorum, aliorumq; quocunq; nomé vocentur tam per ter
ram quam etiam per flumina nauigabilia eundo redeundoq;
tam secundo quam aduerso flumine, per Regnum & ditio
nes nras omnes libertatem & immunitatem Ciuibus prædi
cti Oppidi concedimus ad decursum viginti annorum a data pre
sentium, volen vt immunitas hæc sese ad merces omnes ani
matas & inanimatas domesticas & externas siue terra siue
flumine pront Ciuibus videbitur in Regnum nrum aduehen
das vel etiam e Regno euehendas extendat post decur-
sum vero viginti annorum ÿdem Priuilegÿs & Prærogati-
uis vero theloneorum solutionis aliarúq; immunitatu gaude-
bunt, quibus Ciues Oppidi nri Bareñ vtuntur fruuntur & gaudent.
Et quo Ciuius Oppidum hoc populosius reddatur & celerius có
tra omnes hostium impetus muniatur Ciues ac Suburbanos omnes
nre Ciuitatis donatos liberos & immunes facimus a solutione
contributionum & ducillorum publicorum laudatorum vel
laudandorū quocunq; nomé ac instituto conferuntur vel in-
stituuntur ad decursum triū viginti annorū à data presen-
computandi. Porro nos pro nobis & Sermis Successoribus nris pro
mittimus easdem libertates immunitates & Priuilegia præ
sentibus ipsis a nobis concessa, firma, rata, nimilataq; a nobis con
seruat neq; cuiquam eis tam in toto quam in parte in præ
missis diminuat aut derogatum iri, quod & Sermi Successores
nri præstabunt. Quod ad eum & singulorum, præsertim vero
Dignitariorum officialiumq; Terræ Camenecen Podoliæ nec non
Capitaneorum & Tenutariorum nrorū Oppidi præfati
moderni & pro tempore exntium notitiam deducimus

mandam

mandam vt prefatos Ciues et Oppidanos mros Nowogrodem circa libertates prerogatiuas et immunitates prte Priuilegio ipses a nobis concessas illose conseruent et ab alys quorum interest conseruari faciant Pro grā mra. In quorum cuius pleniorem fidem et euidentius testimonium prntes manu mrā subscripsimus et Sigillū Regni appendi curauimus. Datum Varsauiæ in Comitys Regni Grālibus die vigesima tertia Mensis Februarij Anno quo supra

Sigismundus Rex

Petrus Gembicki S.R.M.

Aduitalitas super villas Koszarynce Nowe Mytkowce & Przymoszenica cum fundis Wereszczatince seu Drobyszowce Gnosi Hieronimi Kawecki

Sigismundus m.z Significamus z Quia nos cōmendata habem̄ v.R.
in signa Gnosi Hieronimi Kawecki militis nri in varys bellicis tam Liuonicis quam Moschoniticis expeditionibus inuicto animi robore prastita merita rarum vitæ morumq integritatē summamq in rebus eximia quadam dexteritate gerendis felicitatem quo cōmodius in Constanti bene de nobis et Reipub. mereā studio munificentia et grā nra incitatus perueneret eid Villas nras Koszarynce Nowe Mytkowce et Przymoszenica seu carum Villarum omnes et integras sortes tam antiquitus fundatas quam noniter vbicūq et quomodolibet fundaricepta s quocunq nomē nuncupatas tum etiam certos fundos seu Vroczyszcza dictos Wereszczatince seu Drobyszowce ahosq quosuis fundos modo quouis nuncupat in Captu Bareñ iacem̄ morte Nobilium Basilij Georgij et Alexij filiorū olim Matijsz Mytko vacan ad disponendumq nram deuolut dan et conferem̄ esse duximus, damusq et conferimus prntibus nris per eum suprascptā omnia bona cum agris pratis campis syluis lacubus piscinis stagnis molendinis tabernis omnibusq generatim et singulis attinem̄ et pertinem̄ nullis

penitus exceptis teneñ habeñ & possideñ ad extrema vite sue
tempora Promittimus autem nrō & Sermorum Successorum nrorum
nomiñ non esse nos prefatum Gnosum Hieronimum Kawecki abs
su & possone dictorum ouim bonorum amoturos neq; amoneñ aut
alienam cuipiam pratem daturos quin imo saluum & integrum
nris aduitale ipsi vna cū Sernis Successoribus nris seruaturos Ra
tione cuius admitalitatis ille quartam prouentuum partem in
quantum eam anteçessores sui soluebāt vel soluere tenebantur
ipse quoq; soluere atq; Rauam quotannis niferre & seruitia
quamis militaria ac ora & singula munia & onera ad ar
cem nram Barem antiquitus prestari ex eisdem bonis solita
prestare tenebitur. Iuribus nris Regalibus ni saluis. In cuius
rei fidem ni Datum Varsauiæ die trigesima prima Mensis Mar
tij Anno quo Supra.

Sigismundus Rex

Petrus Gembicki S.R.M.

Ius Caducum nobili Nicolao Chle bowski confertur.

S.R. Sigismundus nrō Significamus ni Quia nos ad intercessionem certo
rum Consiliariorum nrorum pro Nobili Nicolao Chlebowski a
pud nos interposit faciē nobis esse duximus vt eidem bona omnia
mobilia & immobilia Sūmasq; pecunarias sine paratas sine aliqua
rone obligatas, vbicunq; locorum & apud quasuis personas in Re
gno & Dnys nris existeñ post quendam Laurentium Mijsleski
ad fiscum & dispositionem nram Regiam certis de causis deuolu
ta daremus & conferremus prout prntibus lris nris damus
& conferimus. Ita vt eadem bona ora prtim in Villa Pisci
no existeñ tum & Sūmas pecunarias si alicubi reperta fu
erint, inquirat nire adeat & in possessorem Suam vindicet tene
atq; habeat & possideat & in suos Successorumq; suorum quos
suis beneplacitos vsus eodem nire convertat. Quod omnibus
& singulis prtim vero Officio Castren Biechostren Caterisq; officijs

Castren

Castren sub qnorum iuris dōne bona prāfata existunt notum esse volumus mandamusq; vt requisiti a prāfato Donatario mrō bona omnia supraspta quaeunq; reperta fuerint vigore prntis donums mā illi in realem actua lem possonem tradant et assignent curentq; vt sine quauis mora et difficultate ysdem bonis potiatur pro grā mrā atr non facturi. In cu ius rei fidem. Datum Varsauiæ vigesima nona Mensis Martij Anno qno Supra.

Sigismundus Rex

Petrus Gembicki SRM.

Ius Caducum nobili Alberto Gosniew ski confertur.

Sigismundus m. Significamus ti. Qua nos bona omnia mobilia et immobilia Sumasq; quasuis pecrias sive paratas sive aliqua rone obligatas vbiamq; locorum et apud quascunq; personas m Regno et Dms nris existen morte cuiusdam Andreæ Zmuda m Dictn Brestn certis ltrmisq; de causis ad fiscum disponen.q; nram iure caduco deus lus Nobili Alberto Gosuriewski eiusq; ltrnis Succoribus iure perpetuo et irreuocabilis donationis dan et conferen esse duximus damusq; et conferimus prntibus lris nris. Ita vt eadem bona omnia tum et Sumas tam m parata peccunia quam m mercibus vbicunq; locorum existen inquirat iure adeat et m possonem Snam vindicet teneatq; habeat et possideat et in suos Succorumq; suorum quosmi beneplacitos vsus eodem iure convertat. Quod omnibus et singulis prtm vero Magrātibus tam Castren quam Ciuilibus ceterisq; sub quorum nris dōne bona prāfata existūt notum esse volumus mandamusq; vt requisiti a prædicto Donatario mrō bona oīa supra dicta quauispiam reperta fuerint vigore prntis donums mā illi in realem et actualem possonem tradant et assignent curētq; vt sine quauis mora et difficultate ysdem bonis potiatur. Pro grā mrā In cuius rei fidem ti Datum Varsauiæ die decima Mensis Aprilis Anno qno supra.

Sigismundus Rex

Petrus Gembicki SRM.

Confirmatio fundationis zoo florenor

pro necessitate oppidi Pobiedziska

Ex. Sigismundus m. Significamus Exhibitas nobis fuisse Iras papireas manibus Venerab. Bartholomei de Pobiedziska Gajdzikowsz Ecclesiæ Collegiatæ Kielcen Vicary perpetui & Jamatorum Andreæ Ktopocki Consulis & Alberti Gwiazdka Notary Oppidanorum Pobiedziscen subseras ac sigillis ab vtrisq obsignatas sanas salvasq; omniq suspitionis nota carentes continen mise fundationem Ducentorum florenorum Poloniæ pro necessitate & vsu eiusdem Oppidi Pobiedziscen & submissionem eorundem Oppidanorum eandem Summam recipientium. Supplicatumq nobis est vt easdem authoritate nra Regia confirmare & approbare dignaremur quarum tenor sequitur estq talis. Vt Patriæ mea charissimæ eiusq incolis succurrere ac subvenire ipse hinc et miser & inops exns. Diuinoq ac humano semper inhigens auxilio ratione aliqua valeam, hoc capi consilium vtq mes eluceat qualiscunq amor erga Patriam memor ab eadem percepti beneficij quæ me non modo in hanc lucis vsuram edidit verum etiam editum nutriuit nutritum educauit. Præsentiens enim & multoties agnoscens vndequaq afflictam ac desolatam grauissimaq inopia pressam partim creberrimis confragratoribus partim miris Dnorum ac Præfectorum suorum partim publicis ysq assidus contributionibus sæpissimis accitis & quod maius (proch dolor) immisericordibus per totam Polonam militum impune grassantium exactionibus quo nequam promptus & facilius præfatæ Patriæ non quidem in toto prout ipsa requirit attamen aliqua ex parte eius inopia. paupertati necessitati defectui prestolari. Ego Rudus Pater Bartholomeus quondam Alberti Gaiolzik Cives Pobiedziscen & Agnetis Gwiazdzianka legitimorum Cognum filius scripto hoc testatum ac manifestum reddo quod adquamq misera ac abiecta Reipa Pobiedziscen

necessit.

neceſsitatem ad omnes Ciuium defectus subleuandos ad omnem
demq́ quantum fieri poteſt eorum tollendam inopiam perpetuis
temporibus. do dono, trado cōmitto concedo florenos Ducentos mone
ta in Poloma curren florenum quemuis cāputan grosus triginta. Du
centos scilicet florenos charissimis & spectatissimis viris D. Consuli
Andrea Ktopocki pro tunc exuti ac ab vniuersitate vnanimi
voce ad munus administran Reipub. Pobrędziscen deputato
destinato ac ltime approbato. simitr oibus eius collegis in poste
rum autem eius Successoribus ac Succedentibus oibus ad ssum
peragen praelectis Consulibus. Qui quidem Consul. vna cū Colle
gis protunc existen vegit Dno Alberto Organario Pobrędzi
scen Dno Simone Liczijkrupa D. Adamo Mucha, D. Joanne
Wesolek. D. Joanne Waz & Ciuibus oibus quibus mis totum ha
bendi possiden fruen vten ac disponen cōmitto & trado hac pe
cunia per me tradita & donata vtetur fuetur habebitq́ po
testatem D. Consul cum suis miratis Collegis conuerten pro
quan Reipub. neceſsitate eandem peccuniam, hac tamen sal
na condone & lege seruata vt quicūq́ sive D. Consul sive colle
ga sive Ciuis sive alicuis ststus Oppidi Incola (nemo tamen
extraneus) pro sua penes se tenuerit neceſsitate mi exem
plo aut florenos decem aut viginti aut triginta aut Qua
draginta aut plus vel minus, tenebitur quilibet eorum
pro qualitate peccuniae percepta eandem retinens per
annum dare Contractus Censuary a florenis decem grosos
sobb octodecem & sic per consequens computan vt a pra
dicta Suma hoc est a florenis centum per annum integrum
provenant sex florenj, Collecta itaq́ peccunia florenor
duodecim à Ducentis florenis per D. Consulem et eius colle
gas quouis Quadruali dabitur Eleemosina duobus Sacer
dotibus Vicarys Ecctae Parochialis Pobrędziscen vni
corum florenus vnus alteri eorum florenus Simitr vnus

. vt eo citius ac fervent̄ius die sequenti post acceptam sibi hum̄i
Deum̄is a DD. offiā̄libus notitiam̄ p̄parent se ad sacrificā̄ tre
mendi offij peragenda vnus Sacerdos pro Sacro Cantato alter se
ro Sacerdos pro lecto Sacro una eĕ eadem die. Sacerdotes autē
missam ordinabūt quotidianam eĕ in Missali Romano interpo
sita saltem trina oratione, prima pro Sacerdote Bartholomeo
defuncto cuius nominis specifica eĕ singularis mentio fiat in
mortuorum memoria. Secunda pro parentibus defunctis
(addatur in memoria) istius Sacerdotis Tertia pro benefacto
ribus. Deus Venia largitorū, quod seruari perpetuo vehemen
tissime deprecor eĕ desidero quoniis per annum quartuali, sub
obligatione reddendæ rationis districtæ in extremo Iudicij die
Denotionem vero eusmodi humiliter oro si fieri potest adornent
D. Consul sua prudentia eĕ collegæ ipsius cum cæteris Quibus
vt leuiuscula ipsorum gratitudo in hoc saltem pio opere mō
stretur eĕ declaretur, si vero aderit aliqua fraternitas vel
literatorum vel alia quæuis in oppidulo cantabit missam
pro defunctis supernis ordinatam eĕ perciperet grossos quin
decem ad Carbonam quoniis quartuali pro rebus fraternī
tati competēn. Absente vero fraternitate Cantor præfa
ctum Sacrum ministruat cantu figurali idq; non sine copia
Cantorum ate chorali si deerit copia Cantorū huic dabū
tur grossi quindecim quoniis quartuali, magis tamen ea fi
ne vt iuuentus in Musicis ab ipso informetur ad Dei ho
norem. Velim præterea in hac parte cautos fieri DD. Offi
ces sēt D. Consulem eĕ eius Collegas vt quamdiu Succe
ves mei durabūt in hoc oppido, sine sint amici sine co
gnati sine affines sine aliqui ex linea mea cognatis
vel affinitatis descendentes aut procedentes si in quā
præfati omnes velint vti pecunia præclicta ipsis ante
omnes alios Cives licebit prius inter se hanc pecuniam

dividere

dividere ac partiri et ad vsum Conuertere propriũ pro eorũ velle
ac necessitate perceptis a D. Consule et eius Collegis floremis centũ
Prafati vero Dñi Offiales, quos ego vehementissime oro, libenti am
mo vultu sereno ac hilari absq; molestia vlla et cunctatione nul
la intercedente murmuratione, saltem memores exhibiti nise
leniusculi beneficij tenebũtur eis iuxta eorum postulata ad
fruendã pradictam dare pecunniam et id sub obligatione perpe
tua condemnonis. Isti tamen omnes de linea mea descenden
tes ad censum aque cum alijs Ciuibus persolueũ obligabuntr. In
super hoc addito quod ysdem licebit tam diu quam diu eis pla
cuerit penes se detinere pecunniam dictam, salvo tamen censu
ac Interesse debito proueniẽ ex prafata pecunnia. Neq; eis fa
cesere audebunt in hac extorquenda et exigenda pecunnia mole
stiam vel angariam aliquam excepta grani Reipub. causa tam
cum tum temporis, tenebũtur dictis officialibus pecunniam
pone re, reddere restituere, non tamen ante pramissa sex septi
mañ monitione per seruum D. Consulis, vt omnes non modo
cognati vel Consanguinei Sacerdotis sed et alij Ciues qui sal
tim vtentur tum temporis pradicta pecunnia eandem confe
rant et comportent ad D. Consulem et eius Collegas post pra
missam prius monitionem et tempus elapsum sex septima
narum, vt necessitate vrgente Reipub. Pobrédziscẽ sit mi
rarij publico eadem pecunnia posita, idq; eam ob causam
ne molestia aut afflictio subita Oppidanis inferatur, tũc eam
si laudata et approbata fuerit cõmuni Ordinum Consensu
tributa publica pradicta, in rarij pecunnia posita persol
uantur, neq; in hoc passu a Ciuibus vllis exactorqueatur excepto
si Suma supradicta ad ea persoluenda nos sufficiat. Demũ
vero lenta postea adhibita exactione sensim per DD. Offiales
a Ciuibus exigatur, absq; illata molestia pecunnia exstradita
seu pro persoluendo tributo publico seu etiam pro granibus

Reipub. Pobriedziscen aliquibus expensis. Præcipio quoq; DD. Offrahbus
& omnino volo vt Cives hac prædicta pecunia subleuentur pristiny
quorum domicilia (quod absit omnipotens auferat Deus) fuerint ab
sorbta & consumpta in. vel si Oppidum aliqua cõmuni necessitate
aut clade fuerit afflicta quocirca in omnibus ysq; grauissimis pe
riculis necessitatibus afflictionibus negotys publicis semper recur
sum faciant. DD. Offiales cum suis Ciuibus ad prædictam pecuniam
si vero nulla interceserit Reipub. Pobriedziscen necessitas præsen
modis supersis vtantur hac pecunia Cives. Eo item animo &
tempore quo a Ciuibus Sũma pecuniæ prædicta (saltem in casibus
& necessitatibus grauissimis) exigetur & extorquetur minu
nes & prorsus liberi ab omni contractu Censuarii Cives perma
neant vnde etiam tum temporis intermittetur solita quartualis
deuotio pro defunctis scilicet missæ duæ; donec ad pristinum
pecuniæ statum restituetur eiusq; numerus vel census ex Sũma
proueniens pro persoluendo Diuinæ missæ officio crescat istud
tamen negotium potius DD. Officialibus cõmendatur & cõmit
titur vt quemadmodum ipsi videbit ita faciant & procedat
si autem alqui ex Ciuibus fortuna temporis sex coudonis
pro suo vsu ac necessitate vekt etiam aliquam pecuniæ par
tem sumere, nempe aut florenos quinq; aut sex aut plus vel
minus pro quartuali vel pro duobus talibus minime dene
gandum censeo modo soluentur ab eis census tot temporum
quod vsi fuerãt pecuniæ, vel Iudicio bono ac maturo D. Consu
lis cum ipsi collegis Committitur & demandatur vt quibus ipsi
voluerint nonerint ac probe intellexerint, hanc pecuniæ
ad frugem tradant præcipue talibus quorum animus pro
ptus est & cum intentione labor sese in sua sublenare
paupertate vti fieri solet inter pauperes Cives ac inopes
artifices non dico bibones scholarum lusores grassatores alea
tores prodigos aerarium & Substantiarũ perditores ac abli
gurritores & alios eiusmodi quales vtinam in Oppidulo
ne quidem nominentur sed nec inuenian tur tales enim

minime

minime a DD. Officialibus aduertantur dignoscantur summo pe
req; vitentur indigni enim sūt eiusmodi beneficio. Ne autem grauа
mine alīquo DD. Offiales per me obrui videantur aut præsumant con
queri inposterum labores susceptos prtim ni extorquendis ac dispo
nendis ad pia opera censibus exiguum illis valde et abiectum mixt
census sufficientiam relinquo præmium et si placebit D. Consul cum col
legis suis quouis quartuali ex Summa proueniente censq; durante
peraūpiant grossos quindecim quamcūsi leuissimam et modicissi
mam præmij loco mercedem tamen Supplicter oro eandem hilari et
lato excipiant vultu, nec tam vile munusculum quam animum
quo ista fiunt ac intentionē fundatoris finaliq; retributionem
perpetuam seruatoris apud se perpendant ac diligenter conside
rent. Et quoniam toto sæpius cogitandi animo summopereq; laborau
de vris cōmodis et ornamentis, de vestra vtilitate ac laudeq;
ac de me ipso Idcirco velim a vobis aliquantulum diligentiā nec
non industriā exhiberi in distribuenda Cuibus pecunia vt sūpte
Regestrum peculiare in cistella seu Cuili serimolo semper penes
D. Consulem et eius Collegas habeatur, in quo Cuis ille qui pec
cunias percipit, a DD. Officialibus nomen cognomen certumq;
fundum suum vt non ceset, nec intereat aliquo peccunia mo
do ponat Deinde Annus Mensis dies et quantitas data pecū
diligenter miseratur, ne aliquid ni exigendo postea difficul
tatis aut negotij suboriatur censu, quod Regestrum omnem erro
rem ac dubitationem facile tollet et informabit, quo tempore
exigenda erit pecunia vel census ab ea proueniens. Iam igitur
hic meus est quo intenduntur mea desideria terminus mul
ta ni panca conferendo, nempe vt exiguum ac humile imo nul
lius precij opus apud vos dilectissimi sumeq; honoratissimi Cines
confratres et conterranei mei suauissimi perpetuis duret
temporibus. Quapropter primum onerados ni conscientiā re
linquo et obligo spectatissimos viros vestr D. Consulem postea
Collegas vrs insuper omnes oppidanos Pobre dizisceñ sub pena

reddenda in extremo Iudicij die rigida & districta rationis & sub pa
na perpetua damnationis, vt si in hoc leui & abiecto opere prafati
DD. Officiales apparent negligentes vel tardi aut pigri aut omnino
illud contemnentes & intermittentes illudq plane abolere euisq memo
riam delere cupientes ac contendentes Collega ipsi & cateri Cines
omnes quos ego per viscera misericordia Dei, tum tr ac obnixe oro
rem tacite non permittant sed post posita omni mora, benigne sese
& amice monere & arguere imo post neglectam ac contemptam
ciuium monitionem, iure agere & procedere cum DD. Officialibus
haud negligant rationemq ab eis diligentem exigant & exactor
queant, disponenda & disposita pecunia si fieri potest, quoris
anno vel quamsi nona & recenti electione. Prafati vero DD.
Officiales si hoc munus cum laude administrauerint & in eo
praclare se gesserit nec non voluntati ac deside rio fundato
ris ex animo paruerint nulla dies nominum ipsorum fa
mam delere vnquam poterit & si timore cõmouebuntur ne
quid interuissum aut neglectum sit in fundatoris intentione
procul dubio ipso facto se suaq nomina immortalitati cõmen
dabũt & quod maius ac prastantius expectatur Summi ac
omnipotentis Dei benedictiõ in hac vita, in futura vero me
moriam ac animarum suarum pro tantis molestys ac labori
bus susceptis, sciant se certo Consolatiõ adepturos & pra
mia Regni Celestis, quorum finis est & assidua expectatio
abunde consecuturos. In euidentiorisq rei testimonium
sigillo meo obsignaui & manu propria subscripsi. Actum
& Datum Kielcys die vigesima septima Nouembris Anno
vero Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. (Locus Sigilli)
Pr. Bartholomaus de Pobiedziska Gaydzikowni Vicarius Ec
clesia Collegiata Kielcen perpetuus mpp. Submissio seu
obligatio quam fecere Bndo Prõ Bartholomaeo Gaydzike
wicz Pobiedziscen D. Consul cum Collegis & cum Offo Aduoca
tali & cum Archimagistris & cum toba vniuersitate ac Ciuibus

ordins

omnibus Actum Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo vigesimo tertio
die vero Septima Maij ni concursu & consesu totius vniuersita
tis ac Reipub. Pobiedziscen - Post propositam in Praesentia Reipub.
Pobiedziscen & Oblatam per. R.P. Bartholomaeum Gajdzikowicz
obligationem, ea optime intellecta. diu & sūma cum deliberatione
trutinata sufficientissimeq examinata, Ego protunc existens Con
sul Reipub. Pobiedziscen Andreas Ktopocki vna cū Collegis suis
Iuratis scbt Alberto Organario Pobiedziscen Joanne Wąz Joan
ne Wesołek, Adamo Mucha, Simone Leczykowpa, & cum offio
Aduocatiali pro tunc existen. scbt Mathia Pieczyńskiego Vicead
nocato cum Collegis ipsius simul Blasio Pipa Martino Krocz
Thoma Kuśmierz Paulo Smurawa & cum ceteris Archimagi
stris inprimis Fraternitatū Braxatoria Thoma Storcista
Mathia Szymowski Paupez Mathia Rzezniczek Joanne
Wieciorek Lamiatoz Valentino Gajda Martino Janowski
Pannificum Gregorio Przeniczny Joanne Kiekocki Sartoz
Bartholomeo Suida Stanislao Wesoł Sutoz Mathia Zmuda
Alberto Saczek Fabrorum, Bartholomeo Placek Joanne Le
dariki Figulo Petro Figulo Joanne Smotha Pellionum
Paulo Smurawa Ioanne Batamut & cum omnibus alys Ci
uibus nec non tota Republica, hanc obligationem superius
oblatam nobis omnibus ac Vniuersitat totius Reipub. pelutu
cundam vtilem & non solum nobis sed & posteritati nrae mul
tum proficuam & maxime profuturam suscepimus & ac
ceptauimus & promittimus eidem prout re ipsa promitti
mus, Ego supradictus Consul Andreas Ktopocki cum suis Colle
gis & cum offio Aduocatiali & cum Archimagistris & cum
Ciuibus omnibus omnia Contenta punctа & membra praelatae
obligonis quam nobis obtulit Rondus Pr vicimus & conserva
neus olim nr quam diligentissime cum orbus Successoribus nris ser
uaturos & ad executionem iuxta praescripta ac amussim
cum omni posteritate nra quae subsequitur nos & subsequi
potest deducturos Verum vt robur suum assecurationem q

perpetuam. pradicta obligatio Rondi Prīs Bartholomei Gayd̄zi
kowicz Pobiedzisceñ semper retineat. Nos cum omnibus Succes-
bus nris submittimus & inscribimus. nram Prō Bartholomeo
factam obligationem in bonis omnibus Civilibus, vostt aggris
antiquitus Civibus aSermis Regibus donatis, pratis molen
dinis Promittenes & obligan nos ipsos supranominatos & oes
Successores nros ni sibus rndendo punctis & obligatione Prīs Bar
tholomei Gayd̄zikowicz satisfaciē perpetuo duraturam
non modo Rondi Prīs Bartholomei obligationi sed & nram
quam aquissime rependendo beneficium beneficio prafato
Prī Bartholomeo Gayd̄zikowicz Pobiedzisceñ fecimus, Eun
demq simul quietantes Rdum Prem Bartholomaeum ex
percepta ab eo Suma Ducentorum florenorū, quam nobis
nraq posteritati ac sibus Successoribus ex speciali dono ac
gratia Sua prastitit. In cuius rei fidem Sigillum nrum
applicauimus. Extractum ex Actis Proconsularibus Oppi
di Pobiedzisca Sigillog eiusdem subimpressum, locus Sigilli).
Andreas Ktopocki Consul Pobiedzisceñ prote existens ma
nu propria. Albertus Gwiazdka Notarius Iuratus mpp
Nos itaq pranominatus Sigismundus Rex pramissas tras
cum sibus earum punctis clausulis & articulis ac condi-
bus confirmari & approbari esse duximus Confirmamusq &
approbamus pntibus tras nras vimq & robur perpetua fir
mitatis obtinere debere volumus. In cuius rei fidem ni
Datum Varsauia die tredecima Mensis Martij Anno 9° Supra
Sigismundus Rex
Jac. Zadzik Secr. Sr.

Consensus Gnoso Stanislao Ko
niecpolski Campiductori Regni ad
cedeñ Capitaneatu strictē in personam
Gnosi Christopheri Koniecpolski Au
lici Sac. Rae Mtis fratris sui.

Sigismundus

Sigismundus M.ci Significanms.ci Et si omnis virtus sxapte natura amabilis & admirabilis est illa tamen quæ in bellis & in periculorum varietate versatur, quodammodo amabilior & admirabilior. In hac enim vis ingenij, in hac robur fortitudinis in hac amor erga patriam facile perspici potest. Quæ pericula cum pro salute & incolumitate Patriæ, pro dignitate Principis suscipiuntur, quanta ijs præmia tribui debeant & nos facile agnoscimus & res ipsa loquitur. Hoc militaris virtutis decus si in Gnoso Stanislao Koniecpolski Campestrium Regni Copiarum Duce spectemus, nihil aliud in eo reperiemus quam excellentium virtutum probitatis, prudentiæ, fortitudinis illustrioi specimina, quam gloriosas de Tartaris victorias, trophea bello parta decora, atq; harum virtutum testem Patriam perditissorum insolentijs laborantem, testem Moschoniam ac priorem illam in Valachia contra Turcas expeditionem licet tamen Patriæ funestam, in qua tamen virtus ipsius vel maxime apparuit, dum a numerosissimis barbarorum exercitibus circumventus, non prius in manus hostium devenit, quam plurimis barbarorum manu sua mactatis, pyis interempti ducis & parentis sui Stanislai Zotkiewij (qualis & quanti viri) manibus perrentarit. Quapropter quod hactenus semper ipsi dedimus vt nihil quantum occasio tulit ei negare voluerimus id etiam fratri ipsius Gnoso Christophoro Koniecpolski Intimo Aulico nro faciendi esse existimauimus, vt qui non contentus amplissima familia sua splendore postea quam se nris & Reipæ negotijs ac obsequijs addixit, tanta integritatis, modestiæ fortitudinis, specimina ediderit, vt merito omnibus charum, nos etiam ipsi singulari grā & fauore Regio prosequeremur. Cum itaq; is idem Gnosus Campiductor Regni a nobis petijsset vt liceat sibi accedente Consensu nro de omni & integro iure super Capneatum Striem serviem cedere illudq; in personam memorati Gnosi Christophori Koniecpolski fratris sui transfundere & transferre, dedimus id singularibus eorum erga nos & Rempub. meritis ac propterea in eam-

. cessiõm facile Consensimus Consentimusq; prutibus hrs mrs ac
eam posteaquam coram Actis quibuscuq; Regni authenticis fa
cta fuerit ratam habituri sumus. Vigore cuius cessionis atq;
Consensus nri memoratus Gnõsus Christopherus Komẽcpol-
ski prædictum Capneatum Strien cum omnibus suis attinen
ciis uidelicet Oppido Villis Prædijs molendinis, tabernis Subditis
eorumq; laboribus censibus omnibusq; et singulis attinen et
pertinen nullis penitus exceptis pront a prænominato Ca
piductore Regni tenebatur, tenebit et possidebit ad extre
ma vitæ suæ tempora. Promittimusq; pro nobis et Sermis Suc-
cessoribus nris non esse nos memoratum Gnõsum Christopherum
Komẽcpolski ab vsu et possone dicti Capneatus Strien amotu-
ros quin imo salvum uis aduitale ipsi Conseruaturos et Serm
Succõres nri conseruabũt. Ratione cuius aduitalitatis quar
tam prouentuum partem Raqam quotannis inferre tene-
bitur, ac ni reparatiõm Castri tantum quotannis exponet
quantum ordinatione Magci Regni Thesaurarij seruata
prouentuum proportione illi præscribetur. Iuribus nris Re
galibus u salvis In quorum fidem u Datum Varsauiæ
die sexta Mensis Aprilis Anno Dni MDCXXIV°
Regnorum nrorũm Polonię XXXVII Sueciæ vero XXXI Anno
Sigismundus Rex

Petrus Gembicki S.R.M.

Ius Caducum post quendam Geor
gium Kondolani Nobili Alberto Ros-
nowski Notario Cancellariæ Sac. Rcæ Mtis con
fertur.

vlg. Sigismundus m u Significamus u Quod cum denoluta esset
ad nos Fiscumq; nrũm Regium certis de causis in re caduca bona
omnia mobilia et immobilia post mortem cuiusdam Georgii
Kondolani Incolæ Lesnoliẽn eadem nos omia et singula bona
tum et summas pecuniarias apud quascunq; personas et vbicũq;
locorum exntes Nobili Alberto Rosnowski Cancellariæ nræ No
tario et Succõribus illius in re perpetua et irrevocabilis do
nationis dan et conferen esse duximus vti quidem damus

et

& conferimus prnūbus per eum & Succōres suos tenen̄ haben̄ fru
en̄ alienan̄ cōmutan̄ venden̄ donan̄ ac in suos Succorumq; suoꝝ
vsus conuerten̄ perpetue & in eunm. Quod omnibus & singulis
quorum interest prtim vero Magratui Ciuili Leopolien̄ caterisq;
quibnsus ad notitiam deducen̄ mandamus vt requisiti a pra
fato Donatario nro aut ipsius mandatarii bona supraspta q
omnia Summasq; pecnias extradant extradiue absq; omni mo
ra curent. Pro era nra. In cuius rei fidem prntes mana nra
subscras Sigillo Regni cōmuniri iussimus Datum Varsauiæ
die decima septima Mensis Januarij Anno Dni MDCXXIV
Regnorum nrorum Polonia XXXVII Suecia vero XXXI Anno
Sigismundus Rex

Petrus Gembicki S.R.M.

Jus Caducum post quendam Ioannem Groza Gnōso Georgio Tada confertur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia mo
bilia & immobilia Summasq; quasnis pecuniaꝝ vbicunq; exortes
& modo quocunq; inscriptas post mortem cuiusdam Joan.
nis Groza Incolæ Lublinen̄ ad nos & dispositionem no
stram certis legitimisq; de causis iure caduco deuoluta
Gnōso Georgio Tada Rotmagistro nostro optime de no
bis & Reipbca permultas belli occasiones promerito
dan̄ & conferen̄ esse duximus damusq; & conferimus pra
sentibus lris nostris per eum iure adeunda & adipi-
scenda adeptaq; iure perpetuo tenenda habenda pos-
sidenda & ad vsus suos suorumq; Successorum quosuis
beneplacitos libere conuertenda. Quod ad notitiam
omnium præsertim vero Magratuum quorum interest
deducimus mandantes vt requisiti a præfato Dona-
tario nostro Gnoso Georgio Tada eidem bona prætacta
omnia & Summas pecuniaꝝ vbicunq; repert absq;
diffugijs omnibus extradant extradiq; ab omnibus

facciant pro gratia nra. In cuius rei fidem prntes manu nra subscras Sigillo Regni cōmuniri iussimus. Datum Varsaniæ die secunda Mensis Martij Anno Dñi M Dc xxiv Regnorum nro rum Poloniæ xxxvii Sueciæ vero xxxi Anno.

Sigismundus Rex Jac⁹ Zadzik Secr⁹ Mr.

Consensus Magci Regni Thesaurario ad cc den villis Rostoka Dypultyńcze et Motodocin, Dictus Chetmeń in psonam Gnosi Ioannis Danilo, wicz filij sui

Sigismundus mā Significamus ꝙ ita nos amplissima Magcā Nicolai Damiłowicz supremi Regni Thesaurarij amplectimerita vt per omnes occones eram et liberalitatem nram Regiam libenter ipsi contestemur. Par enim est cospotissimum beneficentia nra sublena ri qui postea quam se totos nris et Reipā negotys impenderint in suscepto benemerendi studio constanti voluntate perseverant. Quare cum a nobis idem Magcus Thesaurarius Regni petijsset vt liceat ipsi accedente Consensu nro villis Rostoka Dypultyńcze et Motodocin in Patru Russia et Dictu Chetmen consistēn cedere nisq; super easdem villas ipsi serviens in personam filij sui Gnō si Ioannis Nicolai Damiłowicz Subdapiferi Regni transfundere et transferre, dedimus id singularibus ipsius erga nos et Rempub. meritis eoq; libentius quod singulare in eodem filio ipsius de nobis benemerendi studium agnoscamus, Libenter itaq; in eam cessionem consentimus ac eam postquam coram Actis quibusvis Regni aut hentica facta fuerit ratam habebimus vt ea gra de Consensu nro peragetur. Vigore cuius cessionis atq; Consensus nri memoratus Gnōsus Ioannes Damiłowicz ptas villas cum oibus suis attinen et pertinen nimirū Prædijs Aduocatys, Scultetys, molendinis tabernis, subditis corq; laboribus censibus vtilitatibus fructibus emolumentis attinenq; et pertinen vniuersis antiqtus eo spectan tenebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora Promittimusq; pro nobis et Sermis Successoribus nris non esse nos memoratum Gnosum Ioannem Damiłowicz Subdapiferum Regni ab vsu et possone dictarum Villarū amoturos sed salvum mis admitale ipsi conservaturos et Sermi Successores nro conservabūt

Rone

Ratione cuius aduitalitatis quartam Sumã vñ ysdem bonis inscriptã
partem nobis & Reipubcã condonare tenebitur. Iuribus mris & saluis
In quorum fidem &c Datum Varsauiã die vndecima Mensis Aprilis
Anno quo supra
Sigismundus Rex

Petrus Gembicki sRM.

Confirmatio Priuilegior & libertatum Oppidi Tarczyn.

Sigismundus &c Significamus &c Exhibitas nobis esse hãs par Ex.
gameneas Sermi olim Stephani Regis Polomiæ Prædecessoris nri
manu subscras Sigillogz pensili Cancellariæ maioris cõmunitas sa
nas saluas & illæsas omniq; suspitionis nota careñ continen nisi
certam Confirmationem Priuilegior & libertatum per Ducem quõ
dam Masouiæ piæ recordationis Casimirum Oppidi Tarczyn
concessorum & datorum Supplicatumq; nobis est vt easdem authã
te nrã Regiã approbare & confirmare dignaremur, earum vero
tenor sequitur tenor estq; talis. Stephanus Dei grã Rex Po
lomiæ Magnus Dux Lithuã Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ
Liuoniæ &c Nec non Princeps Transylnaniæ &c Significamus
tenore prntium quorum interest vniuersis & singulis. Reproductas
fuisse coram nobis & Consiliarys nris pro tunc lateri nrõ assiden
nonõ & ex parte Famatorũ Proconsulis & Consulum ac totius
cõmunitatis Oppidi Tarczyn Rndi Adami Pilchowski Præ
positi Varsouiẽ Subditorum, hãs Pargameneas sub titulo Sermi
olim Sigismundi Regis antecessoris nrõ Sigillo pensili minori cõ
munitas mamq; Rndi in Chro Pris Samuelis Maciejowski Epi
Ptocen & Regni Polomiæ Vicecancellarij subscras Priuilegium &
libertates nras infradesptas a Duce quondam Masouiæ Iehors
recordationis Casimiro vicehi Oppidi Tarczyn concessas & datas
vi se continen saluas sanas & integras omniq; suspitionis no
ta careñ Supplicatumq; esse nobis per certos Consiliarios nros
pro eisdem Incolis Oppidi Tarczyn vt easdem hãs authate

nrā Regiā approbare ratificare et confirmare digna remur Quarum quidem lrarum tenor de verbo ad verbum is sequitur In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei grā Rex Poloniā Magnus Dux Lithuaniā Russiā Prussiā Masoviā nec non Terrarum Cracoviā Sandomiriā Siradiā Lanciciā Cuiaviā, Culmen Elbingen Pomeraniā ū Dnus et hares, Significamus tenore prntium vniuersis et singulis prntibus et futuris harum notitiam habituris. Quia exhibitum est nobis resptum authenticum ex actis Terrnbus Varsovien pro parte Incolarum oppidi Tarczyn continen in se transumpta Priuilegiorū quorum originalia casu infortuito per voraginem ignis sūt absumpta. Cuius quidem reseripti tenor de verbo ad verbum sequitur est q talis Constituti personaliter coram Iudio Sac. Rgae Mtis Famati Mathiae Falmisz Procons sul Ambrosius Andreas organista Nicolaus Szudolski Consules Albertus Miecznik, Albertus Szkuberna Stanislaus Pegay Artificiorum Magistri, reproductis articulis et libertatibus medis iuramento comprobatis et in originali Priuilegio illorum oppidi Tarczyn donatis, qui articuli eisdem voragine ignis absumpti sunt Quibus articulis Iudum Sac. Rgae Mtis diligenter reuisis et iuramento comprobatis eosdem ingrossare admiserūt Quorum tenor est talis In nomine individuae Scte Trinitatis Amen. Ad memoriam sempiternam. Ioannes Dei grā Dux Masouiae et Russiae Terrarum Dnus et hares Czerneen. Notificamus oibus et singulis prntibus et futuris quibus expedit et quos prns negotium tangere poterit quomodolibet in futuro quod vestigijs primogenitorum nrorum inhares eorumq cupiens fieri zelator imitator attendenq quod creatura non habet qd respondeat pro meritis creatori suo, prtum, zelum et deuotionem habeen specialem ad Ecclesiam Glorioſi Nicolai in Tarczyn necnon ob remedium animarum nrarum et Prdecessorum nostrorum Priuilegium et libertates concessas a Dnce quondam Masouiae felicis recordationis Vost Domino Casimiro Patruo nostro dilecto infrascripto, quas in Priuilegio sufficienti examinatione premissa vidimus contineri, iustis petitionibus benigne

benigne

bilium virorum Dnorum primo felicis memoriæ Florian quondam
Cancellarij Zakroczimen necnon Plebani Tarcinen olim minebat de
mum vi dié datæ præsentium Ceder mediati Successoris eiusdem no
strorum denotorum inclinati ratas & gratas haben innouamus
& nihilominus prntis scripti patrocinio ex certa nostra scientia cō
firmamus, Cuius quidem Priuilegij dignoscitur tenor esse talis. In
nomine Domini Amen. Multis incōmodis & iacturis ob
uiatur cum Principum negotia seu donationes & facta litera
rum ac testium munimine roborantur. Proinde nos Casimirus
Dei gra Dux Masouiæ notum facimus oniuersis tam prntibus
quam futuris, quod ob respectum Instantiæ precum Ioannis
Plebani in Tarczyno Capellani nri pro reformatione & vtili
tate Ecclæ ibidem dictum Ioannem Villam Tarczyno iure
Theutonico Villam seu Ciuitatem permisimus exponere ad
locan. dan dictæ Ecclæ Tarcinen Ioanniq præfato suisq Suc
cessoribus in eadem Villa seu Ciuitate hmoi Ius Theutonicum
vocit uirris Maideburgen vel alterius cuiuscunq mioando
prntibus & confirmando ibidem forum, tabernas, macella
carnium, sutorum, pannuum & aliarū mercantiarum quo
rumcunq secundum quod ipsorum Dnō temporali placuerit li
bere habere ac etiam exercere, prohiben ne qui de catero a
liunde venien prout consueuerunt carnificia ne ibidem exerceat
nra gratia. Hoc tamen excepto Quod Incole eiusdem Villæ seu
Ciuitatis nobis & nris Succoribus singulis annis perpetuisq
temporibus de quott manso per sex groschos vsualis monetæ nihil
minus in Festo Scti Martini dare tenebuntur & quicquid v
tilius pro Ecclesia suisq vsibus poterit niformare, niformet pro
futurum. Quoqui autem nos ad expeditionem personaliter transire
contigerit tam Summam pecuniæ vel currum quam vel quod
aliæ Villæ Iure Theutonico in terra nra locatæ predicti Jn
cole vel Ciues Tarcinen non debebunt ministrare, Jtaq si ali
qua exactiones generales vel Speciales in Terra nra emer
gerint, prædictos Incolas vel Ciues eiusdem nominatos Ciuitatis

ab eisdem totaliter reddimus liberos ac exemptos Preterea Consi de
rantes propensius fidelia grata et prompta seruitia prefati Lo
annis Capellani nri ob reuerentiam Dei et Beati Nicolai ad
honor, pro remedio anime nre ac spe vite eterne nostrorū Pre
decessorū et anteccessorum ob salutem pys ipsius precum ni stan
tys gratiose acclinati. Incolas seu Ciues omnes in Tarozyn lar
ga largitione donatiōs gra nra pretibus absoluimus per
petue ab orbus solutionibus oīmodarum exactionum angarys
prestangarys et vexationibus vniuersis iuris Polonici, vide
Sep obrzas, Narzas, Porco, arietc, vacca Przewne, nodzane
Podymne Podwodne Porzeczne Pobor, Przewod godzne Sokolowe
Psarski, ac Collectionibus Contributionibus omnibus quocūq
nomine censeantur, et alys quibuscunq, vecturis absoluimus. Et ad
Incolas sine dicte Ville vel Ciuitatis alternaliter ab edificatione
Castrorum quorumlibet et ab omnibus vniuersaliter labori
bus et Iudicys tam Palatini et Iudicum oīum nrorum et Ca
stellanorum prorsus absoluimus. vt decreto per eos non medi
centur, nec Citentur et Citati non compareant, pena omni
modo sublata nisi coram Plebano Ecclesie memorate siue
Iudicio ipsius astabūt querulantibus ad obiecta responsuri
Concedimus etiam dicto Ioanni suisq, Successoribus prefate
Ecclesie, vt quando dicta Villa seu Ciuitatis Incole se mutuo
occiderint cuiuscūq, condonis aut secus extiterint Pleba
nus eiusdem dictus et sui Successores tam totam penam Capita
lem exintegro pro se tollet, si autem extraneus proprium
aut proprius extraneum Incolam occiderit. Plebanus dicte
Ecclesie medietatem pene huiusmodi pro se continebit. In
hoc casu Incolas predicte Ecclesie ab vrna mellis Capitalis et
a pena crurum qua krwawe dicitur absoluimus. Et si occi
sus vel quomodocunq, mortuus vnquam intra terminos bonorū
Ecclesie nonate inuentus fuerit, cuiuscunq, conditionis sta
tus aut sexus extiterit. Incolas seu Ciues ab hmōi pena ho
micidy

micidij reddimus absolutos. Prohibemus etiam omnibus Officialibus Ministerialibus Subuenatoribus eorū Podgaijs ceterisq; ne nū quam præsumant prædictos Incolas molestare et Citare gratiæ nrē nostrorumq; Successorum sub obtentu. Et vt hæc nrē gratiarum do nationes robur vi perpetuum contineāt firmitatis, eas præfat? Joanni suisq; Successoribus et Ecclæ perpetuæ solenniter confirmamus. In cuius rei testimonium prntes scribi et nri Sigilli maioris munimine iussimus roborari. Actum et Datum Varsouiæ sub Anno Dnī Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo quinto in præsentia multorum proborum virorum. Præterea licet in prædicto Priuilegio Patrui nrō prædicti superius annotati Villa? sæpefacta? oppido adiacen non sint in aliqua parte per expressum posita?, illo tamen non obstante et nostra speciali grā volumus quod omnes et singula? Villa? prædicta? tanquam Specifice declarata? et earundem inhabitatores vna cum Villa Węgierska Ruda nominata quæ quondam erat Swiātoski dicti Przecbuta sed titulo emptionis in personam nobilis Principis nrē charæ Consortis Annæ fuit translata, per prædictum Czedeń apud nrām Consortem empta et pro certa Summa pecō comparat eisdē uti et libertatibus gaudeant et fruantur, quibus Oppidum sæpefactum fruitur atq; gaudet. Intrea volumus quidem Incolæ seu habitatores Villarum memoratarum quarumq; non expressarum per sex grossos de Ruda vero per tres singulis annis perpetuisq; temporibus in quolibet Festo Sctī Martini Confessoris et Epī Venerandi de quolibet manso culto et possesso nobis et Successoribus nris soluere teneantur. In quorum omnium et singulorum testimonium præmissorum, præsentes Iras Scribi et maioris nrī Sigilli munimine fecimus perbenigne Actum et Datum Varsauiæ in die Conceptionis Mariæ Virginis gloriosæ, sub anno Dnī Millesimo trecentesimo tertio, Prudentibus viris strenuis ac Nobilibus Petro Pileceń Palatino Slanosiensi Castellano Dobrensi Judice dicto valde bono de Milanowo Vexillifero Wschowiæ Subiudice Czerneń Stiborio de Pilichowo Marschalkowie Curiæ nrē Pomstiborio de Gambsko Stiborio de Schlubice hæredibus nris Curiensibus et alijs quam plurimis fide dignis

f. A. Nieszawa ed. Bobrow. I, 202.
ergo 1403 non 1303.

testibus ad prämissa Scriptum per manus Pauli Prabendary Eccle Cathedralis Plocen & Prabendary Ecclesiä ouũ Sanctorũ Vissegra dien hæredisq; de Borzewo qui prntia habuit mi cõmissis Acta hæc sunt in Ciuitate Varsauien, Feria quinta in Crastino Sancti Adalberti. Anno Dñi Millesimo Quingentesimo Quadragesimo quar to Laurentius Szczawinski Actorum Terrestrium Varsouien Nota vus scet. Supplicatum est nobis pro parte dictorum Incolarum Oppi di Tarczyn vt ea ipsa transumpta quorum originalia per vorags nem ipsis sunt absumpta in omnibus illorum punctis, clausulis & articu lis approbare & confirmare dignaremur. Nos itaq; authãte nrã Re gia omnia & singula superius expressa ac descripta in omnibus pun ctis, clausulis articulis & conditionibus vniuersis approbañ confir mañ roborañ duximus, approbamusq; confirmamus & roboramus ac robur perpetuæ firmitatis obtinere volumus. Præsentibus Rmo & Rndis in Chro Pribus Petro de Gamratis Archiepo Gnesnen & Epo Cracovien Legato nato & Primate Regni nri Samuele Ma ciejowski Plocen & Regni nri Vicecancellario, Andrea Zebrzy dowski Camenecen Epis. nec non Magcis Venerabilibus & Gno sis Ioanne a Tenczyn Sandomirien & Curiæ nrã Marschalco nec non Lublinen & Lelowien Capneo Andrea Gulczewski Rauen Palatinis Nicolao de Wola Sandomirien & Sermã Con iugis nrã Curiæ Magistro nec non Lanckorunen, Sanocen, Lom zen, Visnen Capneo, Petro de Opalenica Gnesnen & Sermi fi lij nri Curiæ Magistro nec non olstinen Costen & Sremen Capneo Spitkone a Tarnow Wojniczen & Regni nri Thesaurario necnõ Siradien Kzepicen & Brzeznen Capneo Severino Bonar Bre cen nec non Zupparõ, Burgrabio & Magno Procuratore Crao vien Castellanis, Iacobo Vchanski Decano Plocen & Referenda rio nro Martino Wolski Cubiculi nri Præfecto Curiæ nrã Thesau rario. Thomay Sobocki Tribuno Lancicien Pocillatoreq; nro Hie ronimo Staszkowski Coquinæ nrã Magistro Augustino Kotfes Stabuli nostri Præfecto & alys quam plurimis Consiliarys Secre tarys & Officialibus nostris, sincere & fidelibus dilectis. In cuius rei

rei euidentius testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappen-
sum Datum Varsouiæ Sabbato post Festum Sancti Marci Euangelistæ
proxime Anno Dñi Millesimo Quingentesimo quarto. Regni vero nri
anno Trigesimo octauo. per manus Rndi in chro Pris Samuelis
Maciejowski Epi Plocen & Regni nri Vicecancellarij Samuel Eps
Plocen & Vicecancells Sest Relatio Rndi in chro Pris Dñi Sa
muelis Maciejowski Epi Plocen & Regni Poloniæ Vicecancellarij
Nos itaq; Stephanus Rex prænominatus præmissertas bras interce
dentibus mi dcl corundem Consiliariorum nrorum petitionibus autho
ritate nra Regia mi omnibus earundq; punctis clausulis articulis Con
ditionibus prærogatiuis libertatibus quantum ipsorum ẽn vsu & pos
sessione sint, approbandas & ratificandas & confirmandas duxi
mus, prout approbamus Ratificamus & confirmamus tenore præ
sentium mediante, Decernen prædictas bras earq; & singula ipso
rum nitro contenta, nitro contentarúq; libertatum & prærogatiua
rum vsum vim & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. Harũ
testimonio brarum quibus Sigillum nrum est appensum. Datum Var
souiæ Feria quinta mi Vigilia Sacratissimi Corporis christi Anno
Dñi Millesimo Quingentesimo septuagesimo sexto. Regni nri anno
primo. Stephanus Rex Sest Cui Supplicũ prædicta nostri mi
sta benigne annuen præmissertas bras mi omnibus earũ punctis
clausulis, articulis & constitutionibus approban & confirmari esse du
ximus approbamusq; & confirmamus præsen decernen easdem mi
quantum tñ iuri cõmuni non repugnant vmi & robur perpetuæ
